appello et apostolos peto instanter et instantissime mihi dari et iterum peto si est qui mihi dare
possit. subiciens enim prout extunc me et omnia iura mea in premissis omnibus et sin
gulis cum adherentibus et adherere nolentibus sub protectione dicte sanctissime et apostolice
sedis. quia appellationem. requisitionem et protestationem libentius interposuissem coram
Inquisitoribus antedictis si eorum copia potuissem habere. verum quia dicta citatio et pro
cessus sunt facti et editi in Ciuitate plac ad quam prout dictum est in securus accessus
nec procuratoribus aut nuntiis meis. Ideo ipsas protestationem requisitionem et appellatio
nem coram vobis tamquam coram autenticis personis prudentibus et honestis personis interpono. Inten
dens auctore domino cum primum comode potero assignato in loco securo ipsas appellationem
et protestationem ad ipsorum Inquisitorum noticiam deducere. et etiam coram eis si opus fuerit
appellare de nouo si mihi facultas fuerit appellandi. priuato mihi et procuratoribus meis
omni remedio iuris et impedimento capitalium inimicorum mihi sublato et meis cum
omni a vobis instantia requisiti quod ipsam meam appellationem. protestationes et requisitiones
sepedictas ad eorum Inquisitorum noticiam deducere debeatis. cum ipsam ad presens
per me aut procuratorem vel nuntium deducere non possim quoquomodo propter causas inimicitias
superius assignatas denuntiantes eisdem quod hac mea appellatione pendente nichil contra
me et iura mea debeant aliqualiter innouare. qua quidem appellatione interposita et
factis requisitionibus. protestationibus et omnibus aliis et singulis supradictis supradicti domini ab
bates et priores Rendere predicto domino Raynaldo quod ipsam appellationem et alia facta
cum reuerentia semper sedis apostolice et predictorum Inquisitorum recipiebat in quantum de iure
poterant et debebant: Actum Mantue die millesimo et Indictione prescriptis in cho
ro ecclesie cathedralis. Presentibus testibus venerabilibus viris dominis Alberto Abbate mo
nasterii sancti Petri de pado Cremonensis. Johanne priore sancti Viti Mantuani. Bartholo
meo archipresbitero. Guidone et Petreziano canonicis ecclesie Mantuane. ac religiosis
fratribus Guilielmo de sophia Guardiano. Johanne de pisolis Pasolino de torellis or
dinis Minorum. Ricardino de cimarosata priore heremitarum. Viualdino domini otelli
et Bartholameo ordinis predicatorum de Mantua et aliis multis religiosis. dominis
Albertino de gonzagia. Valfino de fossato. et Franceschino de Michaelis
iurisperitis. Scapino de tribolis. Loysio de gonzagia. Thomasio de lastra
ta. Garofalo de tridapaleis. Manfredino de assandris ciuibus Mantuanis